



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 16. P. Angeli Joyosæ Capuccini obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

adscribendus sit. Hac igitur ratione hæc levis sane momenti contentio di-
 rempta est, relicta cuius judicandi li-
 bertate, an vel Pontifex plus humani-
 tatis politicæ ostenderit condescenden-
 do, vel Respublica minus moderationis
 levem subjectionem declinando.

Sæc. XVII.
 A. C. 1608.

§. XVI.

P. Angeli Joyosæ Capuccini obitus.

Jam iterata facta est mentio de Patris
 Angeli Capuccini fati. Hic in Ba-
 ptismo Henrici nomen sortitus Bucha-
 gii Comes ac Franciæ Par, postquam
 ex Aula & castris ad Religionis suæ si-
 num redierat, alacriori animo quam
 unquam virtutis stadium percurrere sta-
 tuit, cognita atque experta mundi va-
 nitate majores ei ad omnem pietatem
 stimulos addente: quocirca inter crebras
 corporis macerationes prædicationis of-
 ficiam tam ardenti spiritus æstu obire
 videbatur, ut velut novus Franciæ A-
 postolus copiosa animarum lucra repor-
 taret: Postea Parisiensem Provinciam
 moderari jussus, adeo nihil a rerum di-
 vinarum contemplatione & Regularis
 observantiæ Zelo remittebat, ut vere
 forma factus gregis sui universos suo
 vitæ splendore suaviter & fortiter ad
 præstantiora virtutum studia pertrahe-
 ret:

*Vid. Hist.
 Liber.
 CLXXX.
 §. 19. Et Lib.
 CLXXXIII
 §. 79.
 Jacob. Bross.
 vita P. Joy.
 Annal. Ca-
 puc. t. 2.
 pag. 812.
 Nicol. Ri-
 gault. Hist.
 cont. Thuan.
 lib. 1.*

Hist. Eccles. Tom. LIV.

X ret:

Sæc. XVII. ret: tandem vero Roma ex comitiis
 A. C. 1608. Generalibus Ordinis sui in Franciam
 reversurus hoc anno Ripoli Pedemontii
 oppido febrim correptus, extremum ibi
 magna cum virtutum laude diem vige-
 simum octavum Septembris explevit.
 Corpus ejus plumbeo loculo inclusum
 primo in Ordinis sui conventu depoli-
 tum, postea Lutetiam Parisiorum trans-
 latum, ac funebri pompa exceptum in
 Capucinorum Ecclesia ibidem sepultum
 est, adjecta inscriptione funerali, quam
 ejus Soror Henrici Borbonii uxor postea
 curabat.

§. XVII.

Dux Montpenseriensis mortuus.

Rigault. l. c. Hujus venerabilis Patris Sororius erat
 Henricus Borbonius, Montpenseri-
 ensis Dux, qui potens opibus, regio-
 nis amore, ac clientum numero conspicuus
 ad suprema fortunæ fastigia ascenderat:
 ne autem prosperis salutis suæ ratio-
 nibus deesset, provida Dei dispositione
 pertinacissimi morbi violentia coer-
 ceri cœperat; cum enim in Drocenti
 pugna gravi afficeretur vulnere, per
 quatuordecim omnino annos acutissi-
 mis doloribus, lento morbo, tantaque
 macie conficiebatur, ut vix ossibus hæ-
 reret, non sine tamen uberrima animæ
 suæ